fuerūt sollicite: que oīa valde fuerūt deo grata: iux illū Acci. xl. Grām & spēm desiderabit oculi. & sup hec virides satiōes. De hac viriditate bētē p̄ginis exponi p̄ illū Viere. xvij. vbi p̄dictū fuit. Et erit solū ei⁹ viride. De ipa q̄z p̄ exponi illū Gen. i. vbi dixit deus. Hermiet fra. i. brā p̄go maria: q̄ in sc̄ptura dñia appellat fra: herba virētē. Pa etem h̄go sp̄ fuit virētē. Un sicur palma habet viro/ris p̄petuitatē: & diuturnis vestit̄ folijs & ea p̄suat nō solū in estateſ etiam in hyeme. sic glīola p̄go virorē fidei lḡ tenuit & nūq̄z amī sit nec tpe estat̄. i. p̄spitatis: nec tpe hyemis: id est adūlitar̄. i. tpe passiōis qn̄ discipuli et ali⁹ fideles pdiderūt fidē. Quarto palma nō marcescit. Et sib̄ p̄go nūq̄z fuit corruptra/ſ sp̄ remālit̄ itegra tam quo ad sp̄m q̄z q̄ ad aiam: q̄z etiā q̄ ad corp̄: iux p̄siliū apli. i. ad Thef. v. Corp̄ em̄ ei⁹ corrūpi nō potuit: qz fuit diuinitate balsamarū: iux illū Acci. xxiiij. Hicur cynamomū & balsamū aroma/ritas &c. Aiam q̄z ipi⁹ corrūpi nō potuit: qz cum aia filiū sui fuit vnitā: uno quodāmō de duab̄ aiabus vna effecta est. qd̄ inuit̄ Au. ij dū beate p̄gini p̄ Symone dr. Tuā ipsius aiam p̄transibit gladi⁹. tuā ipi⁹ aiam. i. ani/mā tuā q̄ ipius est. vel aiam ipi⁹ que est tua. Spūs etiā ei⁹ nō potuit corrūpi: qz fuit tor⁹ deificat⁹. & qdāmō tot⁹ in dei amore p̄uersus Un Hiero. in ser. ad Lusto. ait. Totā eam spūscī repleuerat grā: totā incāuerat dñi/nus amor. Possimus etiā h̄ dicere q̄ sic palma h̄z stipit̄ firmitatē. Et em̄ trūc⁹ ei⁹ ma/gne & iputribilis firmitat̄. Sic trunc⁹ ipsi⁹ bētē p̄ginis habuit iputribile p̄gīratē: qz fuit p̄go nō solū an partū ſz etiā in partu & post p̄tu. Quinto palma (vt. s. dictū est) inferi⁹ est angusta: supi⁹ ſo est lata. p̄ qd̄ significan/tur tria de sanctis viris: vt dicit Greg. i. mor/al. Primo q̄ inferi⁹ sunt arti & angusti ad appetendū terrena. supi⁹ ſo sunt lati ad aama/dum & appetendū spiritualia & eterna. Quo ad p̄mū facit illū qd̄ dicit. f. ad Thim. vij. Rabētes vicū & vestitū: his cōtēti simus. ecce q̄z angusti sunt ad terrena. De sc̄do autē aut dicit. i. ad Ahoz. v. Sharitas dei diffusa est in cordib⁹ vestr⁹ &c. ecce q̄z lati sunt ad spi/ritualia & eterna. Et de hac lititudie viri sci/cū palma habet in c. omis. xlviij. di. Secun/do dū Greg. vbi s. q̄ serui dei inferi⁹ sunt in firmi corpore: supi⁹ ſo sunt fortes in mente. Un Paulus. q̄. ad Ahoz. xij. dicebat. Lu3 infirmor tunc potēs sum. Tertio dū Greg. q̄ serui dei a paruis incipiūt: sed ad magna

**P**alma  
no mar/  
cescit

**Z**  
**P**alma  
est in feri⁹  
angusta

puenūt: iuxta illū Prover. iiiij. Justorum lemīta quasi lux splendēs procedit & crescit vlḡ ad perfectū dīe. Maria igit̄ fuit agu/sta in infūmis amore terrenoꝝ: sed alta in sū mis in amore celestū. quia semp̄ ibi habita/bat: iuxta illū Acci. xxiiij. Ego in altissimis habitaui. Fuit etiā debilis corp̄: sed fortis in mente, que quidē fortitudo sponsum suū ce/lestē multū delectabat: iuxta illū Proverb. xxv. Alter fortis oblectatvīz suū. Incepit etiā ab ifimo loco hūilitat̄: & puenit ad sum/mū locū brūtudis. vn inq̄ Luce. i. Resperit hūilitatē ancille sue: ecce q̄ infima. Ecce em̄ ex h̄ beatā me dicēt oīs generatiōes. ecce q̄ summa. Secundo p̄ncipalē dico q̄ palma p̄siderat q̄z ad folia. cui⁹ qdē folia sunt sur/sum eleuata: in ifimo sunt pūctiōe acuta: in laterib⁹ sunt incidēta: in medio plana & sua/ua: in longū p̄tēsa: & sunt sp̄ viretia. vt dīn li. de p̄p̄e. re. Ita igit̄ folia significat ſoba ma/rte q̄ ipa dū in cantico suo. Nā ibi dixit ſoba sursum eleuata qn̄ dū magnificauit & in ipo exultauit dices. Magnificat aia mea dñm. Et exultauit &c. Sc̄do ibi dixit ſoba acuta: q̄b̄ demōes p̄forauit: cū ait. Q̄ respexit hu/militatē ancille sue. Nihil em̄ est qd̄ ita ho/stē ſupbū ſuper & p̄ſternat ſicut ſoba hūilitas. Tertio habuit verba plana & suauia: qb̄ dei beneficia in ſe cognouit dices. Q̄ fecit mihi magna q̄ potēs est. Quarto habuit ſoba i lon/gū p̄tenia. qb̄ vlḡ in finē mōi a generatōe in generatioꝝ ſei misericōdiam oīb̄ affuturā eſſe p̄dixit: cū ait. At misericōdia ei⁹ a p̄genie i. p̄genies timētib⁹ eū. Quinto habuit ſoba incī/ua. q̄b̄ vicia icidebat. Nā a potētib⁹ incidebat ſuperbiā dices. ſecit potētia in brachio ſuo: diſp̄lit ſupbōs &c. A diuinitib⁹ incidebat auariciā dices. Euriētes ſip̄leuit bonis: & di/uites dimisit inanes. Sexto habuit ſoba vi/rentia: qbus admonuit q̄ beneficiū incarna/tiōis diuine i cordib⁹ noſtr⁹ ſemp̄ debet virere dices. Suscepit iſrael puez ſuum &c. vlḡ i finē cātici. Tertio p̄ncipalē dico q̄ palma p̄siderat q̄z ad fruct⁹ q̄s p̄ducit. H̄z nota q̄ palma multū fructificat qn̄ est plātata in terra arida: vel qn̄ radijs ſolis eſt exposita: vel quādo palme masculine eſt vicina. quia afflata a vēto masculine plame feminine fru/ctificat. Et hec oīa ponit plini⁹. xiiij. lib. natu/ralis hystorie. c. v. & Arist. in li. de vegetabili/bus & plā. & etiā ponūt in li. de p̄p̄e. re. optie/ce fructificat qn̄ ē antiq̄ta. H̄ci q̄ palma ge/nerosa n̄ fructificat an cētū aīos: & tc̄ ſac̄ fru/c⁹ dulcissimos. Ita igit̄ p̄go fructū illū p̄tū

**P**alma  
q̄z ad  
folia

**B**  
**P**alma/  
fructū

# Sermo. I.

# Maria rosa

lit. de quo dicitur **L**an. viij. Ascendat in palma: et apophedam fructum eius nec mirabis si hec palma virginalis ita bene fructificauit. **F**uit enim pmo eius aia platerata in terra arida i.e. in carne ab omni humore carnalis concupiscencie desiccata. **E**t de hoc moraliter exponi potest illud **S**en. i. **L**ogren genet aque quod sub celo sunt in locu vnu. i.e. in totu aliu mundu: et appareat arida i.e. ergo maria ab omnibus aquis concupiscencie penitus aliena. **H**ec cudo fuit radix sol exposita. **H**ic enim sol magis lucem suam diffundit in lunam et postea in stellas et postea in nubes et postea in motes deinde in valles: sic sol iusticie Christus claritate suam precepit diffundit in lunam i.e. in beatitudinem virginem mariam et postea in stellas i.e. in angelos: et per ea in nubes id est in apostolos: et postea in motes i.e. in doctoribus et ultimo in valles i.e. in subditos humiles. **D**ertio fuit sponsus suo deo non tamen vicina et non tamen coiuncta: sed totaliter in ira: inquit illud **L**an. viij. Que est ista quod ascendet de deserto de licijs afflues: innixa super dilectum suum. **Q**uarto fuit antiquata. **A**est autem certum ad presens populus spectat triplex antiquitas. Una est quam fecit lensus maturitas: iuxta illud **S**ap. iij. **L**an. em. sunt sensus hois. **I**sta vero antiquitas rem maturitatem habuit beatam virginem. de qua dicitur **L**an. viij. **M**aria seruabat os iba hec conferens in corde suo. **H**ec a antiquitas est illa quam facit vis resanctitas. inquit illud quod in parlegato c. h. scz. **E**t etas senectus vita immaculata. **E**t ista etiam antiquitatē habuit: quia fuit sine macula. **L**an. viij. **T**ota pulchra es amica mea: et macula non est in te. **T**ertia est quam facit morum quietas et honestas. vnde de taliene dicitur **S**ap. viij. **C**onsummat in breui explenit tempora multa. et vide. **S**enectus enim venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata. **E**t ideo de iumento tpe sed seni moribus dicitur **J**ob. xii. **X**ristimabit abyssum quasi senescere. **D**iabolus enim magis timet et propter dolet cum videt inuenientem in abysso humiliatus et alias virtutum imersum quod cum aspicit senem eisdem virtutibus teditum. **E**t ideo spiritus valde timuit beatam virginem: quia per meua etate fuit immersa in abysso oim bonorum mox et sapientie diuine predicentem em fuerat de illa. **E**ccl. xxij. **A**mari abundabit cogitatio eius: et consilium illius in abysso magna. **E**t in eodem c. ipso inquit: profundum abyssum gener ram. **E**t inter hoc tertio modo antiqua fuit: et ideo summa fructuosa. **A**lius quod rationibus ipsa beatissima ergo assimilans palme. **S**icut enim palma haber radicis profunditatem habet enim radicem in terra multum defixa. sic benedicta virgo habuit radicem profunditatem: id est cordis profundissimam humilitatem. et ideo

Triplex  
antiquitas

**A**llis pal  
me similans

deus respexit humilitatem ancille sue **A**nce. i. **T**re sicut palma habet culminis similitudinem: quod est arbor magnae perceritatis et altitudinis: sed ad cedri altitudinem non pertinet: ut de glo. sua per prophetam. **G**ic beata ergo magnam habet altitudinem meritorum et premiorum: iuxta illud quod super alle gatuum est. **E**ccl. xxij. ubi ipsa ait. **E**go in altissimis habitavi. sed tu non pervenisti ad altitudinem cedri. i.e. Christi. propter haec autem altitudinem te ipsa virginem dici potest illud **L**an. viij. **S**tatura tua assimilata est palme. **H**ic etiam fructus palme. dae. ciliis suis suauissimi. ita etiam fructus beatissime virginis fuit suauissimus. de qua ipsa virginis dicitur **L**uc. i. **B**enedictus fructus ventris tui. Qui etiam fructus palmetato dulcior et saporosior est quanto imparatus radix solis exponitur. non est mirabile si fructus ergo fuit dulcissimum et sapidissimum: cum radix eterni solis. i.e. diuinis splendoribus immediate sit coniunctus: immo ipse est splendor glorie diuinae: **D**eb. i. **S**icut etiam palma est arbor pulcherrima: vñ **N**euv. xxij. dixit de filiis Israhel. **D**ic pmo mens septimi sumeris fructus arborum pulcherrime: spatuibusque palmarum: et letabimini coram domino deo vero. **S**ic etiam beatissima ergo fuit pulcherrima. cui dicitur eius celestis sponsus **L**an. i. **O**pulcherrima mulier pulcre sunt genetue tecum. **H**ic etiam palma longissimo tempore perdurat: iuxta illud **J**ob. xxix. **S**ic palma multiplicabo dies. ita beatam ergo non solu longissimo tempore sed in eternum perdurabit. vñ ipsa inquit **E**ccl. xxij. **C**isque ad futurum secundum non desinat. **N**on autem dominus noster Iesus Christus in sacra scriptura ciuitas dei. ut per prophetam. lxxvij. id merito etiam appellatur urbs palmarum. quod habet oculos prophetarum ipsius palme. **F**elix igitur ille erit qui per devotionem in ista urbe se habebit. **B**onus ille de qua in morte sua poterit dici illud **J**udic. viij. **P**ossedit urbem palmarum. et illud eiusdem. viij. c. **S**edebat sub palma. i.e. sub umbra et praeterea regis gloriose. et de cuius aia dici potest illud. iij. **P**aral. viij. sculpta est ea palmas. **D**igitus bone Iesu quod dixisti **N**eemie. viij. **A**spergeret ramos palmarum hocce de mihi ut tibi obuiam deuote veniam cum ramis palmarum. sic dum adhuc mortaliter es tibi obuiaverunt pueri hebrei. **J**oh. xij. **S**ac ut deuotio misericordie tua nunc a me discedat ut de me dici possit illud **E**ccl. i. **S**terret circa illum quod ramus palmarum. et illud **A**cc. xl. **P**alme celatura erat in pariete templi. i.e. in mei. **N**on est autem murum si misericordia tua appellatur palma. **N**on et de capillis tuis dicitur **L**an. v. **C**ome ei sicut elata palmarum. **P**rofeta si de glorietate sancte dicitur psalmus. xc. **J**ustus ut palma floribet. **Q**uare misericordia tua sanctissima et iustitiam iustissima tamen palma excellenter floresque non credat.

## Pars.IX.

**R**osā brā &go dicit rosa Assimilatio.vi.  
¶ **R**osa dicitur brā &go. viii ipa inq̄t  
Acci. xliij. Quasi plātatio rose i  
hiericho. Hiericho q̄ p̄e īterptat  
luna: et significat eccliam militan  
tem: q̄ ad modum lune q̄z dīn est in p̄nti vita  
ml̄tos defecit h̄z. In hac ḡ hiericho brā &go  
est plātata: q̄z iter nos et deū est media īstū  
ta. ¶ Rosa autē p̄ considerari q̄z tū ad sui q̄lita  
tē: amenitatem et fruticē. Prior q̄litas ei⁹ ē qua  
druplex. Una est q̄ rosa est frigida in folijs:  
et calida in semine: ita q̄ passiones calidas sa  
nat frigiditate foliorū: et passiones frigidas ca  
liditate seminū. Secunda ē q̄ rosa ē aqua et rori  
da. i. rōze plena. Tertia est q̄ rosa q̄z op̄l⁹ co  
tractat tāco maior ei⁹ odor sentit. Quarta ē  
q̄ rosa de spinis nascit et tñ spinā nō h̄z nec il  
lā imitatur. Et p̄ p̄f hec oia br̄issimavirgo rose  
assilat. Quidā em s̄ frigidū i amore dei: ristā  
frigidā passionē ipa sanat dū eorū corda ad  
dei amore inflamat. Et iō dī de illa puer. vlt.  
Non timebit domini sue a frigorib⁹ niuis.  
D̄cs em domestici ei⁹ vestiti sunt duplicib⁹  
Frig⁹ niuis est frigiditas metis. Altera qd̄  
frigus ipa suos domesticos. i. deuotos vestit  
duplicib⁹. i. charitate dei et p̄ximi. Quidā vero  
ali sunt calidi. i. malo igne occupie inflama  
ti. q̄z calidā infirmitatē ipa sanat. q̄z leisignē  
male occupie extinguit: et rōz ḡe refrigerat  
infundit. Et iō dī Acci. xlj. Ros obuiās ar  
dori venienti humile efficit eū. Secundo ipa ē  
tota rōzida. i. rōze spūllanci plena. viii ange  
lus ei dixit. Ave gra plena: Au. i. Ita autē  
rōz dīniū ḡe ab ea excutim⁹ q̄n ipam p̄ des  
ideria feruētia exoram⁹. Ita autē excussio alii  
q̄n fit calore solis: et aliquā calore ignis. Sol  
est ipsi: inē illud Malach. iiiij. Vob timēti  
bus nomē meū orief sol iusticie. Ignis ē sp̄i  
ritus tūc de q̄ saluator ait Au. xij. Ignē ve  
ni mittere in terrā. Qn ḡad ipam vehementē  
afficimur ex eo q̄ sole iusticie in suo vtero ha  
bit: tūc fruticē sol ab ea rōz ḡe excutimus.  
q̄n vō ad ipam vehementē afficimur ex eo q̄  
ignis spūllanci in cā supuenit et ei⁹ fruticē dei fi  
liū generavit: tūc fruticē ignis ab ipa rōz ḡe  
i petram⁹. Ita ac desideria feruētia ipa i nob  
generat: immo etiā poccipat: iux illud Mat. vij  
Preoccupat q̄ se occupiscunt ut se illis prior  
ondat. Tertio ipavale fuit cōtrita. i. tribu  
latiōib⁹ afflita. et quāto maiores sustinebat  
cōtritōes: tanto maiores reddebat odores.  
nā in egypto expulsa dedit odorē patietē. in  
passione filij gladio pforata dedit odorē fidei  
pfecte. in tribulatiōib⁹ vō quas a iudeis pas

Quali  
tas rose

Rosa est  
rozida

sa ē dedit odorē actionis grāz. nā de oib⁹ suis  
adūlūratib⁹ grās deo referebat. Possum⁹ q̄z  
dicere q̄z oīto aliq̄s magis tractat br̄issima  
vōgē de ea meditādo: loq̄ndo et scribēdo: nā  
to maiore sentit deuotōis odorē. Quartu ip  
sa fuit de iudeis p̄ p̄m spinosis nata: sed tñ  
ipa nūq̄ fuit aliq̄ p̄tō ifecta: nec eoz mores  
ē imitata. viii canit ecclia i qdā officio q̄ vñ  
aliq̄ religiosi. Hic spina rosa genuit iudea  
maria. Iudei em erāt supbi: s̄z maria hūilli  
ma. iudei erāt vīcīs pleni: et ipa grā plenissi  
ma. iudei erāt terrena appetētes: et ipsa cele  
stū audiūssima. iudei erāt luxurie dediti: et  
ipa castissima. Seruauit nāq̄ p̄siliū patris  
sui David sibi di. p̄s. xlj. Audi filia r̄vide  
et obliuiscere p̄pl'm tuū et domū p̄pis tui. Do  
mū ei p̄pis sui et p̄pl'm suū ē oblitā: q̄z ei⁹ mo  
res n̄ fuit imitata. Fuit etiā ista rosa nata de  
Eua spinosa: s̄z ei⁹ naturā nō est imitata. viii  
Bern. in quodā ser. inq̄t. O &go virga no  
bilis: vōga iesse p̄ quā i ramo p̄ualuit q̄ perie  
rat in radice. Radix amaritndis euā: ram⁹  
ēcne dulcedis maria. Mirāda et p̄fundissi  
ma dispēsatio diuine sapie q̄ tal⁹ vōga nascit̄ de  
radice tali: tal⁹ filia de tali mīc: tal⁹ libertas de tali  
fuitute p̄sc̄pta: tal⁹ ipatrix de tali captiuā: de  
tā sicca spina tā flores rosa. Secunda rosa p̄  
considerari q̄z tū ad suā amenitatem. Ipa em ex  
sua amenitate delectat visum: olfactū: gustū:  
et tactū: vt dī Plini⁹ li. xx. natural histo. Et  
silt brā &go delectat nos q̄z tū ad spūalē vīlū  
sua pulchritudine: q̄z ei⁹ sp̄s ē valde gratiosa  
vñ ei⁹ figura dī Hester. ij. Erat pulcraval  
de et credibili pulcriudie et oīm ocul⁹ gratio  
sa ac amabil⁹ videbat. t. xv. c. etiā dī. Ipa at  
roseo colore vultū p̄fusa: ac gratis et nitētib⁹  
ocul⁹ tē. Delectat etiā āgelos q̄z facies est yāl  
de glōsa. viii p̄s. xlj. dī ei. Vultū tuū depca  
bunt oēs diuines pleb. Dīnites em pleb sūt  
āgeli: q̄ p̄ ceris hñt diuinas regni celoz. De  
lectat q̄z ipm ipm: q̄z ei⁹ facies ē valde i p̄cio  
sa. viii in pallegato p̄s. ei dicū fuit. Concupi  
scet rex decorē tuū. Ipe em Lan. ij. illi inq̄t.  
Dñde mihi facie tua: sonet vox tua i aurib⁹  
meis. vox em tua dulc̄ et facies decora nimis  
Et pp̄f ista tria dī ei illō iudith. xv. Tu gla  
hierl̄z. i. xpi q̄ē par nra: ad Eph. ij. Tu leti  
cia isrl̄. i. angeloz q̄ i celo sp̄ vidēt facie patr̄  
Matth. xviii. Tu homoūficitia populi no  
stri. id est generis humani. Nā oīm hoīum  
genus in terris sili consurgit ab ortu tē. vt  
ait Boeci⁹ in. ij. de p̄sola. c. xij. D̄cs em ho  
mines traxerūt originē ab adamā. Acci. xlj. et  
iō dicunt h̄ respectu vñus p̄pls. Tu vīsioē ḡ

Rosa est  
amenia

# Sermo. I.

**R**osa de facie bre<sup>e</sup> hys tps glia<sup>e</sup>: angel<sup>e</sup> letat<sup>e</sup> et huma  
lectat ol- nū gen<sup>e</sup> honorat. **S**ed delectat spūalē olfa-  
ctum p̄ sui odoris imēritate. de quo odore d<sup>r</sup>  
factum **L**an. iiii. **O**dor vestimentoz tuoz. i. p̄tutum  
sicut odor churis. qz et deo fuit gratū sacrifici-  
ciū et recreauit alsum nūm. **D**e isto etiā odore  
d<sup>r</sup> ps. xliii. **M**yrrha et gutta et cassia a vesti-  
mentis suis tē. **M**yrrha em q̄ ē amara signifi-  
cat castitatem sive carnis mortificatiōez. gutta  
q̄ tumores frāgit significat hūilitatē. cassia ḥo  
q̄ in aq̄s nascit significat fidē: q̄ in baptismo  
pcipit. **I**ste nāq̄ tres virtutes fuerūt i ipa val-  
de odoriferae. **N**ā castitas sive virginitas fecit  
odore āgelo: hūilitas deo: et fides ei<sup>r</sup> odore fe-  
cit toti mōdo. **T**ertio delectat spūalē gustū sua  
snauitate. vñ ipa inq̄ Eccī. xliii. **Q**ui edūc  
me adhuc esuriēt: et q̄ bibūt me adhuc sitiet.  
**I**pa em reficit memoriā cogitatiōib⁹ sc̄is: intel-  
ligētiā in tētōib⁹ rectis: et volūtate affectiōib⁹  
bus mūdis. iō d<sup>r</sup> Eccī. xv. **C**ibabit illū pa-  
ne vite et irelect⁹: et aq̄ sapie salutaris potabit  
illū. **I**pa nāq̄ cibat memoriam panevite qn̄  
in talib⁹ cogitatiōib⁹ eā reficit. et intelligentiā  
pane intellect⁹ qn̄ rectis intētōib⁹ eā pascit.  
volūtate potat aqua sapie salutaris qn̄ sapi-  
dis affectiōib⁹ eā nutrit. **Q**uarto delectat spi-  
rituale tactū sua humanitate et lenitatem. **U**n-  
ver. inq̄. **Q**uid ad mariā trepidat accedere  
humana fragilitas: nihil austere in ea: nihil  
terribile innenies: tota suauis est. **Q**z igil ē  
ita lnamie: ab oib⁹ est q̄rēda: arripēda et am-  
plexāda. **Q**uerēda p̄ meditatiōez: iux illud  
**S**ap. viij. **H**āc amauit et exq̄sui a inuētute  
mea. **A**rripēda hō est p̄ imitationē: et amplexā-  
da p̄ deuotiōz: et ideo d<sup>r</sup> Prover. iiii. **A**rripe-  
lla et exaltabit te: et glificaberis ab ea cū eam  
fueris amplexat⁹. **D**abit capiti tuo augmē-  
ta gratiaz: et corona iclita preger te. **P**rope  
sta aut̄ oia canit ecclīa. **S**peciosa facta es et  
suauis in delicijs tuis sc̄ta dei genitrix. **P**er  
hoc em q̄ d<sup>r</sup> speciosa notaſ q̄ ipa delectat spi-  
rituale affectū. **P**er h̄ q̄ d<sup>r</sup> et suauis: notaſ q̄  
ipa spūalē delectat gustū. p̄ hoc hō q̄ d<sup>r</sup> sc̄ta  
dei genitrix: notaſ q̄ ipa delectat spūalē olfa-  
ctu. **I**n h̄ em q̄ dei geitrix fuit i vero suo bal-  
samū padiss habuit. et iō tota odorifera fuit.  
**V**irtus  
**R**ose **T**ertio rosa p̄ siderari qz̄ ad suā frutē  
siquidē et rosis aliquā fit electuariū: aliquāndo  
oleū vel coliriū aut emplastrū: et diuerse pre-  
patiōes h̄ diuersas infirmitates. **M**axime aut̄  
h̄ rosa p̄tutē sup q̄dripliē infirmitatē. **I**pa  
cistomachū et cor p̄fortat: fluxū vētris refre-  
nat: oculos clarificat: et dolorē capit̄ sanat: ut  
d̄ ilī de p̄pe. re q̄s virtutes rose cū mlt̄ alijs

# Matia oliua

ponit **P**lini⁹ vbi. 5. et silt brā hōgo cor p̄fortat  
dādo caritatem dei: q̄ inātū cor forte facit ut p̄pē  
xpm vitā etiā p̄cipiat et mortē libēter sbeat  
iux illud **A**lan. viij. **F**ortis evit mōris dilectō. vñ  
**A**ug. inq̄. **D**ialeua et simonia: facilia et p̄pe  
nilia facit amor. **I**pa q̄z fluxū p̄tōz refrenat  
dādo timore: q̄ p̄tā vitare facit: iux illud p̄  
uerb. xv. **I**n timore dñi declinat ois hō a ma-  
lo. **I**pa q̄z oculū itellect⁹ clarificat dādo dñi  
noz cognitioz. q̄ qdē cognitio oculū mēt̄ il-  
luiat: iux illud p̄s. **D**eclaratio fmonū tuoz il-  
luiat. et iiez. **P**receptū dñi lucidū illuminās  
oculos. **I**pa etiā caput mēt̄ (q̄ ē sp̄s) sanat  
qn̄ sp̄em nāram tepidā ad celestia desideria s̄b  
leuat. **N**, em sp̄s sit caput mēt̄ p̄ba p̄ illud  
i. **T**hef. v. **E**t galeam sp̄em salutis assumite.  
**P**ropt̄ ista aut̄ oia d<sup>r</sup> Eccī. xliii. **E**go mater  
pulcre dilectiōis. **E**cce q̄ cor p̄fortat p̄ charis  
tate. et timor. **E**cce q̄ fluxū vītiorē restrīngit  
p̄ timore. et agnitiōis. ecce q̄ spūalē vilum cla-  
rificat p̄ diuinoz illūtioz. et sc̄tē sp̄ei. ecce q̄  
caput mēt̄ sanat p̄ sp̄e s̄bleuatione. **P**roco  
clūsio aut̄ hui⁹ p̄tis dico q̄ brā hōgo fuit illa  
rosa de q̄ exponi posset illud **V**irgilij in culice  
di. **E**t rosa purpureo crescit rubicunda colore  
**H**ę em fuit q̄li rosaz flos in dieb⁹ vernis:  
**E**cī. l. **S**eruauit nāq̄ documentū qd̄ i eius  
dē li. xxxix. c. h̄. vbi d<sup>r</sup>. **Q**uasirose plantate  
sup riuos aq̄rū fructificate.

**B**z brā hōgo d<sup>r</sup> oliua. **A**ssimilatio. viij.  
**O**liua em p̄siderari p̄ qz̄ ad ar-  
borē et qz̄ ad fructū et qz̄ ad liq̄  
rem. **Q**uartū ad p̄mū est sc̄iedū q̄  
oliua est viriditatis cōtinue: et signū recōcilia-  
tiōis facte: est signū victorie affecute: et ē secū-  
da i sobole. **E**t qz̄ ad ista q̄truoz ondīt̄ rebe-  
ata hōgine q̄lis fuit qz̄ ad seipam et qz̄ ad  
deū: et qz̄ ad demōes et qz̄ ad nos. **P**rimo  
igil oliua est viriditatis cōtinue: q̄ viret in  
estate: i hyeme: in vere et in autūno. et qz̄ ad  
h̄ ondīt̄ de brā hōgic q̄lis fuit qz̄ ad le. viri-  
ditatē sue sc̄itrat̄ nūq̄ amilis: nec i estate cō-  
solatiōis: nec i hymē tribulatiōis. vñ dicere  
posat illud **J**ob. xviij. **D**onec deficiā nō rece-  
dā ab inoētia mea. **J**ustificatiōez meā quā  
cepi tenere nō deserā. **L**enuit etiā viriditatem  
sc̄itrat̄ i vere iūcētūs et i autūno senectūs: q̄z  
ēdē feruorē quē hūit i iūcētute fuanit i le-  
necute. vñ p̄t̄ sibi p̄uenire illud **D**eūs. xxiij.  
**S**ic dies iūcētūs tue ita et senectūs tua. **S**e  
cūdō oliua ē signū recōciliatiōis facte. vñ d̄i  
bystorij romanorū q̄ qn̄ legati romanorum  
mittebant p̄ pace facienda: portabant ramos

**O**liua  
arboz

**O**liua  
gnū recō-  
ciliatiōis

# Pars.IX.

oliuaz: put etiā refert Isid. xvij. ethym. Et q̄tū ad hoc oñ dī q̄lis fuit beata & ego q̄tū ad deū. q̄ ipm nob̄ recōciliauit. Un i signū hui⁹ recōciliatōis facte āgeli in ei⁹ p̄turitōe cāaurit. H̄lia i excelsis deo: t̄ in terra pax ho minib⁹ bonevolūtāt̄. Au. ij. H̄ec est illa mu lier sapientissima q̄ recōciliauit David filio suo. ij. Reg. xiiij. t̄ q̄ deū recōciliauit generi h̄ano. hec ē illa colūba innocētissima: q̄ por tauit in archa Noeram̄ oline virentib⁹ fo l̄s in ore suo: Hen. viij. trāsumptue in. c. vnicō. h. q̄r̄ho. de sa. vnc̄. p̄ hoc indicās deū h̄oi esse recōciliatū. Tertio oliua est signum victorie affecute. Nā olim apud athenas vi ctores ramis oliuaz cōsuenerāt coronari. sic dī Plini⁹ li. xvij. naturalis hystoric: t̄ ponit etiā in li. de p̄p̄. rez. Et q̄tū ad h̄ oñ dī q̄lis brā & ego se habuit q̄tū ad demōes: q̄ eos su perauit t̄ vicit. Ipa q̄p̄ p̄triuuit caput dia bolic suggestiōis: iux illd̄ Hen. ij. Ipa cōte ret caput tuū. Itē p̄fudit asturā sue deceptō nis: iux illd̄ Judith. xiiij. Una m̄lior hebrea fecit ūfusione i domo nabuchodonosor. Itē eiecit eū a dñio sue p̄tatis: iux illd̄ Judith. ix. Erit memoriale nois rui cū man⁹ seie teice rint eū. Quarto oliua est secunda in sobole: q̄r multas nouellas plātatoes generat. t̄ q̄tū ad h̄ oñ dī q̄lis sit beata & ego q̄tū ad nos Ipa em̄ tāq̄z m̄lior secūda m̄ltos filios gene rat in fide t̄ grā. vñ dicere p̄t cū pphā ps. li. Ego aut̄ sicut oliua fructifera in domo dei t̄c. Itē ei dīci p̄t illud ps. cxvij. Filij tui s̄c no uelle oliuaz i circuitu mēle tue. Ipa p̄ filios q̄s generat postea secūdū m̄la cibar: iux illd̄ Eccl. xv. Libauit illū pane vite t̄ intellect⁹. Ipa em̄ cibar itellectū dei cognitiōe t̄ affectū dei timore: q̄ amor est vita aime. Scđo oliua p̄siderat q̄tū ad fructū. Scđm aut̄ Isi. vbi s̄. fruct⁹ oliue p̄mo rubescit: postea virescit: deinde nigrescit. Et s̄līt brā & ego fuit rubea p̄ charitatē: viridis p̄ fūgitate: t̄nigra p̄ hūi litatē. iux illd̄ Isa. j. Nigra sum: ecce nigre do hūilitat̄. s̄z formosa: ecce viredo fūgitatēs. sicut gelles salomōis: ecce rubedo charita tis. Uel p̄ dīci q̄ fruct⁹ illī⁹ oliue fuit xps q̄ fuit viridis i tota sua ūfusione: iux illd̄ Lu. xiiij. Si i viride ligno h̄ faciūt: in arido qđ fieret. Fuit etiā rubē in passiōe. vñ angeli di xerūt ei i ei⁹ ascēsiōe illd̄ Isa. lxij. Quare ru brū est indumentū tui? Fuit aut̄ niger i mor te: iux illd̄ Apoc. xvij. Sol fact⁹ est niger t̄c.

Oliua si gnum vi ctoze

Oliua ē secunda sobole

**F**ructus oliue

**L**iquor oliue

refectiōz esurici⁹ t̄ in medicinā vulnēt̄. Si igī oleū oline ē valde utile mortalib⁹: nā in lucernis ponit ad illuminādū t̄ ad ignēnu triēdū: t̄ laguidis mēbris apponit ad medē dū: t̄ cibis addit̄ ad 2dīdū. Sic oleū beate &ginis. i. pietas ei⁹ illuat tenebrosos in dei agnitōe. vñ appellat̄ mater agnitōis Eccl. xiiij. qđ q̄dē facit luie sue grē. t̄ iō ipa inq̄ i p̄dicto. c. penetrab̄ iferiōres p̄tes terre: t̄ in spiciā oēs dormiētes: t̄ illuat̄ oēs sperātes i dñō. Ipa q̄z curat laguidos t̄ sanat vulneratos medicina sue misericordie: iux illud Eccl. xiiij. Medicina oīm in festinatōe nebule. i. in festina misericordiōe marie. Possum⁹ etiā di cere q̄ eos isolat̄ dei timore q̄ expellit p̄ctm Eccl. j. P̄ctm aut̄ est laguor aic. At pp̄t hoc ipa dī m̄ timoris Eccl. xiiij. Ipa q̄z cibat t̄ nutrit suos deuotos multipli cōsolatiōe t̄ satiat famelicos dulcedine grē t̄ visitatiōis sue: iux illud Proh. vij. De nocte surrexit t̄ dedit predā domestic̄ suis: t̄ cibaria ancillis suis. Immo nos om̄es inuitat di. Eccl. xiiij.

Trāsite ad me oēs q̄cupiscit̄ me: t̄ a gene ratiōib⁹ meis adiplemi. ¶ No imerito igīt̄ oliua significat misericordiam brē &gis. vñ ipsa inq̄ Eccl. xiiij. Quasi oliua speciosa i cam p̄pis. Ex q̄b⁹ s̄bis h̄z q̄ ipa h̄z misericordiaz exceil lentē cogruēt̄ t̄ patēt̄. Primo aut̄ h̄z misericordia excellēt̄. t̄ h̄ pat̄ p̄ h̄z q̄ vocat̄ oliua sicut em̄ oleū supeminer oībo ligrib⁹. t̄ si s̄b⁹ ponat̄ supnarat̄. sic misericordia br̄issime fōgis su geminet oībo alioz sanctoz misericordiob⁹. vñ de ipa exponi p̄t illd̄ Eccl. xxvij. Misericordia hois. s. cuiuslibet alteri⁹ circa primū suū

Misericordia aut̄ ei⁹ sup oēm carnē. Scđo h̄z misericordiam cogruēt̄. q̄r tūc marie misericordia exhibet q̄n maior necessitas iminet. qđ nota tur p̄ hoc q̄ dī speciosa. q̄r sicut dī Eccl. xxv.

Speciosa est misericordia i tpe tribulatiōis. Ter tio h̄z misericordiam cōem t̄ patēt̄. qđ nota tur p̄ hoc in cōpis. Ad oliuas em̄ hortoz nō p̄t oībs ingressus. ad oliuas aut̄ campoz oībo est accessus. Quidā em̄ seti sunt s̄c oli ue hortoz: q̄r tenent misericordias suas clausas: eo q̄ digni nō sum⁹ eas recipie. Brā aut̄ &ego habet misericordias oībo cōmunes t̄ aptas. Et ideo ipa oēs inuitat ad suā misericordiā di. il lud Proh. ix. Venite comedite panē meū: t̄ bibite vinū. s. misericordie mee. t̄ illud Isa. lv

Mimes stictentes venite ad aquas t̄c. ¶ P̄t etiā dici q̄ p̄ hoc q̄ dī: q̄soli oliua speciosa in cā p̄pis: denora t̄ q̄ ipa habet misericordiā naturalem totale ūniuersalē. Primo em̄ habet misericordiam naturalē: qđ nota t̄ cū dī: quasi oliua

**T**riple  
misericordia  
marie

**M**aria  
hūit mū  
bicordiā  
naturalē  
totale ū  
vnūiale

# Sermo I. Maria platanus et cynamomum

**M**ol<sup>o</sup> em<sup>d</sup> est p<sup>p</sup>e oliua. i. ipa misericordia: qz ipi naturale est et pp*iu*m miseri sp et pcere: vt canit eccl<sup>i</sup>a. br<sup>a</sup> aut<sup>r</sup> ego e<sup>q</sup>li oliua. qz intatū est misereri assueta et ad misericordias ita propta qz qdāmō est dei simillima. **H**ec h<sup>z</sup> misericordia toralē. qd<sup>r</sup> norat p<sup>b</sup> qd<sup>r</sup> d<sup>r</sup>: speciosa. qz in oī sui pte est pulchra. s. iramis i folijs et i fructu. **A**liq em hñt misericordiam in ramis. i. i corde p affectu copassiois. **A**lij xo i folijs. i. i fructu p effectu isolatois. **A**lij aut i fructu. i. in ope p effectu exhibitois. **V**irgo aut<sup>r</sup> **M**aria est oliua speciosa: qz h<sup>z</sup> misericordiaz in corde exhibedo materne copassiois affectu. et in ore p nobis aduocado apud deū. et in ope exhibedo nobis sue misericordiois auxiliū. **T**ertio habet misericordiam vniuersale. qd<sup>r</sup> norat p<sup>b</sup> qd<sup>r</sup> dicit. in campis. **H**ut em qdā sc̄i q vident hie misericordia speciale. qz aliquo subueniunt: et aliquo no. **A**lij xo ptcularē: qz sup aliquo infirmitatib<sup>r</sup> vident accepisse a deo p̄tē cu randi: vel in certis gratijs subueniēdi. sic beatus **A**nthoni<sup>r</sup> sup adiustioe cuiusdā ignis. **S**et sancti **L**eonard<sup>r</sup> sup inclusos i custodia carceris. et hmōi. **Q**uidā xo sancti videtur habere misericordia locale. qz maiora bñficia prestant in aliquo locis. sicut in loco suele pulture: vel vbi reliquie seruant. **Q**uidaz aut temporalē: qz aliquo temporib<sup>r</sup> magis subueniunt. sicut p<sup>r</sup> in martyrib<sup>r</sup> et i alijs sanctis qz tpe sue passiois vel canonizatiois: qn. s. cf. sicut noui xp̄i milites sunt le iuocati<sup>r</sup> magis liberales. **M**isericordia aut bñdicte xgis est sicut oliua in campis: qz oībus est vniuersalis atqz cōis oībus plonis: sup oībus morbis curandis et gratijs cūctis ccedēdis: et in oībus locis atqz tpib<sup>r</sup>. **P**ossum<sup>r</sup> etiā dicere qz beatisissima xgo assilat oliue mltis alijs ex causis. **N**ā oliua in arbore sue lig h<sup>z</sup> soliditatē et sil<sup>r</sup> ipa fuit valde solida in tide. vñ de illa dici p<sup>r</sup> illud **E**ccl. l. **Q**uasi vas auri solidū: et sicut lignū oliue est imputribilis puritas sic ipa fuit imputribilis et purissimā carne. **F**uit nāq illud lignū de qd<sup>r</sup> **I**sa. xl. **L**ignū imputribile sibi elegit artifex sapiens. **T**ec sicut oliua in medulla est multe humorositas. ita ipa fuit plena humore gracie in mēte: iux illud **A**lu. j. **A**ve gratia plena. **T**ec sicut oliua habet i fronde viriditatē (nā vt. s. dixim<sup>r</sup>: folia oliue semp virēt) sic folia. i. verba brexginiis semp fuerūt virida. i. virtuosa. **I**n omī em xo suo viroꝝ virtutis apparuit. **A**ius em prudēta apparuit in inq̄rēdo: qn dixit agel. **Q**uo fieri istud tc. **A**lu. j. **D**umilitas aut in cosentiendo: qn dixit. **A**cce ancilla dñi tc.

ibidē. **D**euotio aut in laudādo deū: cum ait **M**agnificat aia mea dñm: ibidē. **D**ilectio charitatis in qrendo: qn dixit. **F**ili quid fecisti nobis sic: ego et pater tuus tc. **A**lce. ii. **P**ietas in cōpartēdo: cū dixit. **V**inū nō habent: **J**oh. ii. et sic de alijs eius verbis. **I**teſi, cut oliua habet in flore suauitatem. nam flores eius suauiter redolēt. ita flores beate xginis id est ei<sup>r</sup> mores odore honestatis plurimū redeolebāt. **N**am tāta florebat ipa virgo mox honestate vt in eius aspectu oīs cēptatio carnalis ab ea inspicere fugare. sicut ait **D**ies ronym<sup>r</sup>. **E**t ideo de illa dici pōt illud **J**ob. xv. **L**etet quasi oliua pīcīs florē. et illud **A**g. gei. ii. **L**ignū oliue floruit. **S**icut etiā oliua habet in fructu vncuositatē. et quāto oliue sunt nigriores exteri: tāto sunt maturiores et vnciōres interi: et ad exprimēdum ex eis oleū sunt aptiores. **G**uliter fruct<sup>r</sup>. i. opatiōes br̄issime xgis: quū exteri nigrescerēt p humiliatione: tame interius habebāt imēsam gratie et deuotiois vunctionē. **E**t ideo oīs debem<sup>r</sup> hoc oleo vngi: vt de quolibet nostris verificet illud ps. ciij. **C**it exhibaret facie ci<sup>r</sup> in oleo. trāsumptive in. c. vnicō. **S**. quia xo desacra vnc. **V**e aut illi de quo verificat illud **D**eū. xxiij. **O**liuas habebis: et illis nō vngēris. **B**eatū aut illi qui dixerūt huic oliue. **I**mpera nobis: **J**udicū. ix. **H**ec est em oliua pullulās: **E**ccl. xxiij. **N**ō solū autē ipa dicit oliua: sed etiā eius filius. **V**in de ambobz dīci potest illud **Zach.** iii. et **Apo.** xj. **H**is sunt due oliue. **Q**uia igit dñs noster de hac oliuanat<sup>r</sup> est: potest dici de eo illud **O**see. xiiij. **E**rit quasi oliua ram<sup>r</sup> eius. **E**t pp̄ea de illo pp̄hetatu fuit **Zach.** xiiij. vbi d<sup>r</sup>. **S**tabūt pedes eius sup monte oliuarū: qui est p̄tra **H**ierusalem ad orientē. In apō etiā monte olineti iesus libēter morabāt: vt pat<sup>r</sup> **M**att. xxvi. **M**arc. xj. et **J**oh. viij. **D**igit amenissima oliueta s. xp̄i et beatissime xginis. **E**t beati illi de quib<sup>r</sup> dici poterit i eoꝝ morte illud **N**eeemie. ix. **P**ossederūt oliueta et ligna pomifera. **N**atis autem dici potest illud **D**eū. vi. et **J**ohue. xxiij. **D**edit vobis deū oliueta que nō plātaskis. **D**igitur domine de<sup>r</sup>: qui precipis nobis illud **N**eeemie. viij. dicen. **A**ffer te frondes oliuarū. fac vt in me verificet illud **D**eū. viij. vbi populo **I**srael dictū est. **I**ntroducer te domin<sup>r</sup> in terrā in qua nascunt<sup>r</sup> oline. **S**i em me in hoc oliueto semel introduceris: tantū nō solū de frondibus: sed etiā de oīuis colligā: qz tibi placitū sacrificiū de ipis qz idie offera.

## Pars. IX.

**Q**uia, beata virgo dicitur platanus?

Assimilatio. viij.

**D**e **p**latano assimilat **v**irgo bndicta pmo rōne ad aquātōis. qz sicut platanus optime crescit iux aquas fūm illō. **Q**ui. i. j. de reme amo. **Q**uā platanus riuo gaudet: qz populus vnda. Et qz limosa cāna palustris humo. Ita beata **v**irgo optime crevit iux aquas diuīs grē. et iō illis v̄sib nos addere possum⁹ et dicere. **G**ratia sic sanctā fuit diuīa mariā. Et pp̄f hoc ipa inq̄. **E**ccl. xxiij. Quasi platanus exaltata iux aquas. **S**ed assilat platano rōne eq̄tōis. qz sicut platanus liz ascēdat in altū: iū illō. **V**irgilij i culice. **N**ā p̄mū pna surgebār valle patētes **A**ereē platanus. m̄ ad altitudinē cedri lybani nō ascēdit: iū illō. **Z**ech. xxxij. **E**t platani nō fuerūt equales frondib⁹ illi⁹ trāsumptiue in. c. p̄ncipij. de pe. di. h̄. **S**ic brā **v**irgo liz i altū ascēderit p̄ fructū oīm sublīmitate: n̄ tñ pueit v̄sqz ad altitudinē cedri. l. filij sui. **T**ertio assilat platano rōne insertio nis. qz sicut platanus liz de se sit sterili: m̄ si in serat facit bona poma: iū illō. **V**irgilij in. ij. georgj. **A**t steriles platani malos gestere valētes. **H**ic br̄issima **v**irgo liz pp̄f votū **v**iginitatis esset sterilis: tñ p̄ insertionē spūssci prodixit ex se et p̄culit in vtero suo pomū dulcis simū pacisi. **Q**uarto assilat platano rōne di latatiois. l. foliorū. **P**latanus em̄ est arbor sicc dicta pp̄f latitudinē foliorū: vt ait **I**sid. xvij li. ethym. eo qz ei⁹ folia sunt patula et ampla. **N**ā platos grece planū dī latine. **F**olia aut **v**iginis bndicte. i. ei⁹ fortutes q̄bō ornata fuit ei⁹ vita: fuerūt patula p̄ exēplū: et ampla per meritiū: et tñ plana. i. hūilia p̄ despectū. qz qn̄ tñcūg esset grā et v̄tib⁹ plena: tñ se sp̄ hui liabat et despiciebat acilla dei se vocado. **Q**uito assilat platano rōne cōplexiois. qz platanus est arbor frigida et siccā. dī in li. de pp̄rie. re. et brā **v**irgo ab om̄i ardore auaricie frigida fuit: et ab om̄i humorē cupiscētie siccā. qz terre na toto corde desperit. et nihil in se cupiscētie habuit. **S**exto assilat platano rōne curatiois. **N**ā folia platani ad curādas passioes calidas et hūidas ifirmitatū sūt valde utilia qz hūore desiccāt et calorē t̄pant: reuma iſtrin gut et tumorē calidū oculorū iñuat: fūm Dia sco. p̄ut etiā ponit in li. de pp̄rie. re. et a **P**linio in. xij. li. natural histo. **S**ili etem folia brē **v**iginis. i. ei⁹ joba qn̄qz ardore auaricie tēperant. sicut qn̄ dixit in suo cantico. **A**surētes sp̄leunt bonis et. qn̄qz v̄o humorē luxurie de siccāt: sicut qn̄ dixit angelo. qm̄ virz non co-

gnosco: **A**nc. j. **N**isiq̄ etiā flūrū reumatū. l. cogitationū: coartat. **N**ā velut reuma capitis ad inferiora flūcs est cogitatio mēris ad inferiora tendīcēs. quā **v**irgo bndicta suo v̄bo et exēplo ad superiora reuocat et restringit dīces. **M**agnificat aia mea dñz. **A**t exultauit sp̄itus me⁹ i deo salutari meo. **D**icit em̄ i deo et nō i mūdo. **J**ē ē tumorē. i. supbia iñuat ei⁹ v̄bacū dī. **F**ecit potētia in brachio suo: disp̄sits superbos et. et depositus potētes de sede et. **D**ic qz vñicūg supbo illō. **J**ob. xv. **Q**uid te eleuat cor tuu et qsn̄ magna cogitās attonitos habes oculos: **Q**uid tu met cōtra dēum sp̄us tuus.

**Q**uia, beata **v**irgo dī cinnamonū Assimilatio. ix.

**C**innamonom̄ assilat **v**irgo balsamīa aromatizans odore dedi. **E**st autē cinnamonum

sp̄s siccā calida et aromaticā: fūm **D**iascor et **P**latearū. p̄ut etiā ponit in li. de pp̄re. re. de qua specie fit mētio i. l. fi. ff. de publica. **L**isl' r̄ ipa fuit siccā in carne p̄ tēperatiā et parcitatiē.

calida in aia p̄ feruore et charitatiē. et aromaticā i v̄troqz. pp̄f mūdiciā et puritatiē. **E**st autē sciēdū p̄ cinnamonū cognoscit p̄ qn̄qz signa qn̄ est bonū. ppter que virginē bndictā merito rep̄tit. **P**rimo ex colore: qz nō debet eē pallidū nec nigrū: s̄z subrūffum: vt dī in lib. de pp̄re. re. **E**t s̄l'r brā **v**irgo nō fuit pallida per vanā gloriā: nec nigrā p̄ altū: p̄tū maculā: sed subrūffā p̄ charitate succēsam. iuxta illud qd̄ inq̄ **P**ieroni. in sermone assump̄tōis dī.

**T**otā ipam incāduerat diuin⁹ amor: totāqz repleuerat spūscēti gratia: vt in ea nihil esset quod mūdan⁹ violaret affect⁹. sed ardor con

tinuus ac p̄fusi amor⁹ ebrietas et. **S**ecundo cognoscit ex odore. quia ex sua aromaticitatiē multi cōfortat cerebrū et fluxū restrigit: vt dī p̄dicto li. de pp̄re. re. **A**t cerebro aut̄fluunt sensus et mot⁹. **O**dor igiē scitatis brē **v**iginis cōfortat virtutē motiū: dū cā allicit ad bene opandū. cōfortat etiā v̄tūtē affectiū dū illā inflāmat ad diligendū. **J**ē virtutē iūlectiūam dū eam illuminat ad cognoscēdū. **I**ste etiā odor sue scitatis restrigit fluxū carnalitatis: et iō assilat odori thurz. cui⁹ v̄tūtē restrigit flūrus reumat⁹. vñ ei dī **L**an. iij. **O**dor vestimentoz tuoz sic odor thurz. **T**ertio coḡscit cinnamonū ex sapore. qz appetitū acuit. et iō i salamētis poni p̄sueuit. et s̄l'r brā **v**irgo inflāmat nūm desideriū et acuit appetitū. vñ **E**ccl. xxiij. ipsa inq̄. **Q**ui edunt me adhuc elūcēt et.

**C**inamo  
mū coḡscit p. v.

sum em̄ cinamomū nō est bonū: sed s̄ibile. vt  
d̄r in d̄. li. de p̄pe. re. Et s̄il' brā &go nō fuit  
grossa p̄ supbia: s̄z b̄stissima p̄ maximā h̄ui  
litatē. vñ illi dixit de Ezech. xvij. Indu te s̄b  
tilib⁹. H̄btilib⁹ ei eā vestiuit qn dedit ei h̄ui/  
litatē i corde: t̄ māsuetudinē in ɔ̄satoe. Cy  
namomū eē in h̄ figurat h̄uilit. atē ipi⁹ &gis:  
qz situ breni nascit ramo h̄uili ac deppso: vt i  
qz Holin⁹ i li. de mirab. m̄di. Quito coḡscit  
cynamomū ex p̄tute. Qn em̄ est bonū ac lau  
dabile habet ml̄t. pl̄cē p̄tute: vt d̄r i pdic. li.  
de p̄pe. re. de q̄ etiā tractat Plini⁹ li. xij. natu  
ral hyst. t̄ valet maxime ī labiorū defectū. i.  
pc̄tā locutionū. Ista aut̄ locutionū vulnera  
sanat b. &go sua locutiōe moderata. Qia ei  
sua &ba fuit n̄oz vulnez medicina: t̄ nr̄az  
locutionū exēpla. Ipa ei fuit discreta in inq  
rēdo: h̄uiliis i obediēdo t̄ pia i cōpatiēdo: vt  
declarauim⁹ in. vij. pte hui⁹ ser. Ite fuit curi  
alis i salutādo: qn̄ salutauit Elizabeth Lu. i  
rfuit grata in regnatiādo: qn̄. s. dei b̄ndicta re  
coḡscit reḡtiata est deo di. Magnificat t̄c.  
Ite fuit moderata i rep̄hēdēdo qn̄ (vt habeſ  
Lu. ii) dixit. Fili qd̄ fecisti nob̄lic! fuit qz  
sapieſ in p̄ulēdo: qn̄ m̄istris nuptiaz dixit  
H̄d̄cūqz dixerit vob̄ facite Joh. q. Propter  
istas aut̄ p̄petates qz h̄z bearissima &go dic̄  
te illa sponsus ei⁹ celestis. Fistula t̄ cynamo  
mū cū vniuersis lignis libani t̄c. Ipa qz suo  
sponso dicere p̄t in bonū illō puer. vij. Asp̄l  
cubile meū cynamomo.

**D**, brā &go d̄r balsamū Assilatio. x.

**B**aūt balsamū arbor sine fruter̄ duo/  
rum cubitorū in quāritate: similis qz  
viti in stipite: in folijs &o rute: vt dt̄ Isido.  
xvij. li. ethy. t̄ sicut dt̄ glo. sup. iij. Lan. olim  
balsamū nascebat i vineis engaddi: t̄ instar  
vinee colebat. s. in duob⁹ horis regijs. qz ma  
ior. xx. īger erat. vt etiā inq̄t Plini⁹ lib. xij  
natu. hyst. H̄z (sic legif i qd̄a hystoria) facia  
captiuitate iudeor̄ Cleopatra regia illas vi  
tes i egyptū trāstulit: t̄ i qd̄a cāpo vbi sc. vij  
fontes ipas plātauit. In uno q̄ru fontiū di  
cta &go dū in egyptū fugeret d̄r lauasse pue  
rū ih̄m t̄ fascias t̄ alia lintheamina qb⁹ iuol  
uebat ei⁹ co:p⁹. Un̄ dicunt ille vites n̄ ferre  
fructū nisi a xp̄iamis solū mō excolant̄. t̄ si ad  
aliū locū portent̄ t̄ ibi plātent̄ nō app̄hēdūt  
nec radices faciunt̄ nisi cū pdicti fonti⁹ aq̄ bal  
neen̄. t̄ solū ibi rādiū vnuū t̄ fructificat qz  
diu cū pdicta aq̄ nutriūt. H̄c aut̄ dt̄ glo. su  
per Acci. xxiiij. oia q̄ in balsamo sunt &tuosa  
sunt. s. lignū: fruct⁹ t̄ liqr̄. de cui⁹ &tutib⁹ poit

Plini⁹ vbi. s. t̄ diffuse ponit̄ in li. de p̄. re. s̄z  
breuitat̄ cā oēs ei⁹ p̄petates nō refero. Suſ  
ficiat̄ aut̄ in gnāli dicere q̄ vt dt̄ Plini⁹ vbi  
sup̄: balsamū est arbor tota medicinal. lignū  
qd̄e est &tuosum t̄ odorifer⁹: fruct⁹ &tuosior  
liquor̄ aut̄ est &tuosissim⁹ t̄ suauissim⁹. Et iō  
bn p̄ balsamū &go b̄ndicta significat. qz oia  
q̄ in ipa fuerūt &tuosa t̄ odorifera extiterūt  
Per lignū aut̄ itelligit ei⁹ corp⁹ &gineū. cor  
tex &o hui⁹ ligni fuit ei⁹ cōuerlatio exterior:  
semē aut̄ hui⁹ balsami fuit ei⁹ aia b̄ndicta in  
terra mūda. i. i carne &ginea semiata. Dico  
igit̄ p̄mo q̄ istud lignū. i. corp⁹ &gineū īrātū  
fuit &tuosum q̄ deu traxit ad lūvitez. vnde  
ipa &go inq̄t Lan. i. Dum eēt rex i accubū  
suo nard⁹ mea dedit odorē suauitat̄. Nard⁹  
em̄ ē herba aromaticā t̄ nigra. de q̄ etiā p̄cio  
sum p̄fici vnguētū. t̄ significat beatā vgnē  
cui⁹ corp⁹ fuit aromaticū p̄ odorē puritatis:  
iux illō Acci. xxiij. H̄c cynamomū t̄ balsa  
mū aromatizās odorē dedi. trāsumptine in  
c. vnicō. H̄. ad exhibedū. de sa. vnc. Sed ipsa  
habuit nigredinē h̄uilitatis: iux illō Lan. i.  
Nigra sūz s̄z formola. Ite plena fuit vnguē  
tis oīm grāz: iux illō Lan. i. Trahe me p̄te  
in odorē currem⁹ vnguētor̄ tuoz. Secūdo  
fruct⁹ balsami ē p̄ciosus. est aut̄ i colore rubi  
cūd⁹: i odore aromatic⁹: i inter⁹ videt̄ eē mel  
lisflū. t̄ significat brē &gis fructū b̄ndictū. s.  
dñm n̄m ih̄m xpm. in q̄ fuerūt tres s̄be. s. ca  
ro: q̄ fuit in passiōe rubicunda: iux̄ Isa. lxij.  
Quare rubr̄ ē indumentū mūt̄ t̄c. t̄ aia: q̄ fuit  
aromatica. i. odore oīm &tutū repleta: iux̄ il  
lud Lan. iiij. H̄c vrgula sumi ex aromati  
bus. t̄ diuinitas q̄ est dulcedo t̄ suauitas n̄a:  
iux̄ illō Acci. xxiij. Sp̄us me sup̄ mel dul  
cis t̄c. Tertio dico q̄ i balsamo ē liq̄: p̄ciosi  
sim⁹. Rami em̄ balsami rescidunt̄: t̄ in stil  
lat liqr̄ balsami miri odor⁹: vt ait Isid. xvij.  
li. ethy. Et iste odor fuit i brā virgine: q̄ dicit  
Acci. xxiij. Quasi balsamū non mixtu odor  
me⁹. Et p̄t intelligi iste odor vel de odore vte  
ri vrginal: vel de odore sue sc̄titatis. Qn em̄  
ipa b̄ndicta virgo habebat in vtero xpm: tūc  
ibi h̄ebat balsamū. t̄ ideo ibi fuit odor balsa  
mi nō mixtu. Nulla em̄ fuit cōmixtio natura  
rū. qz natura diuina t̄ humana nō fuerūt mixte  
s̄z vnit̄. vñ canit ecclia. Id qd̄ fuit pm̄asit t̄  
qd̄ nō erat assumptis. Nō etiā ibi fuit cōmix  
tio seminū. qz virgo nō cōcepit de humano  
semine: s̄z mystico spiramie. Nec etiā fuit in  
b̄ndicta virgie cōmixtio viciola p̄ aliquō pec  
catū. alit̄ nō posset in veritate dicere pdicta  
verba. qsi balsamū nō mixtu odor me⁹. Nō

Arbor  
balsamū

Fructus  
balsami

## Pars.IX.

em fuisse balsamum non mixtum si cum ea comixtum  
fuisse originale pectus. Erubescat ergo et tamen suis  
cauillatibus finit ponatur quod hacten' ostendere co-  
nari sunt huius purissimum atque impurissimum  
balsamum fuisse putredie atque fetore originali-

**D**icitur autem inceptio virginis  
naturae fuerit aliquid mixtum: fuit enim ibi triplex co-  
munitas. nam sicut de Berni. diuina sunt ad-  
inuicem deo et homini et christo: fides et cor humani.

**Balsa-**  
**mi falsifi-**  
**catio**

**S**i autem illa ratione: quod balsamum non mixtum odor  
meum intelligamus odorem scientiae virginis. Est  
scidum quod balsamo aliquo admisceatur oleum: aliquo  
mel: et sic sophisticatur et falsificatur atque corrupitur.

**S**unt enim quodammodo admixta meli carnal delectati-  
onis: et aliquid quod habet solum oleum exteriorum nitores:

et id est balsamum sophisticatum. **B**rama autem christi  
fuit balsamum non mixtum: quod nunquam dilexit mel  
carnalis delectationis: sed suavitatem per itegerrimam  
virginitatem. nechabitum est oleum exterioris ni-  
torei: sed dilexit interior scientiam: iuxta illud psalmi. xl.  
viii. **O**is gliae eius filie regis ab initio. **B**alsamum  
autem non mixtum et vero a balsamo mixto et sophi-  
sticato per quatuor signa cognoscitur. per quam erat christi  
brillans et balsamum vero et non mixtum probatur.

**P**rimus signum est: quod balsamum prout si ponatur in  
veste vel in panone linea ipsum non maculat nec in-  
ficit: ut ait Iustus. li. xvij. ethy. et erat ponitur in li-  
neam per recte. re. si autem est mixtum statim per maculas se dif-  
fundit. **P**ulcritudo mulierum sepe aspicitur con-  
maculat quod balsamum mixtum: iuxta illud Eccl. ix.

**P**roprietas mulierum multa pieruntur. **P**ulcritudo  
est autem balsamum prout nullum aspicitur  
et non maculabatur: sed potius odorem scientiam  
corda penetrans maculas absterget: et illici-  
tos mortales extinguebat. **S**ecundus signum est: quod si bal-  
samum prout ponatur in aqua statim funditur: et ibi  
quiescit. si vero est balsamum mixtum statim super aquam  
enatur: ut ait Iustus. vbi. s. **A**qua autem est fluxus  
mundanus deliciarum divinitarum et honorum. In quo  
aqua cum aliis ponuntur mox superenatur et extol-  
luntur rati balsamum mixtum. **B**rillans autem vir-  
go in mari honore posita se non extulit: sed mox  
funditur humiliatur petitur die. **A**cce acilla domini. Ter-  
tius signum est: quod balsamum vero si ponatur in lacte  
statim coagulatur. balsamum vero mixtum in latere  
diffundit: ut ait Iustus. vbi. s. **S**ic etiam est autem  
quod est quodammodo lac liquidum: et quodammodo coagulatum et quodam-  
modo pinguis. certe vero sciri fuerunt lac liquidum: quod a  
divina gratia aut effluerunt aut effluere potuerunt.

**E**t ideo dicebat Apollonius Herodotus. Optet nos  
obseruare ea quae auctiunem ne perfluam. Apollonius  
autem per aduentum spissitudinem fuerunt quod balsamum  
coagulatum: quod fuerit in gratia dei solidatum et firmatum. non ca-  
rat de eis. **S**ic lac coagulatis. **B**rama autem christi

nunquam fuit lacliquidum: quod fuit in instanti sue tota  
prioris scientificata: et in acceptione domini ratione  
liter in divina gratia confirmata et stabilita. non de il-  
la exponi propter illud psalmi. xlviij. **N**os dei mos pri-  
mus: mons in quo beneplacitum est deo habere in eo.

**F**uit enim mos per tutum altitudinem: et coagula-  
tus per gratiam confirmationis et pignoris per spissitudinem  
triplenitatem. **Q**uartus signum est: quod si balsamum  
verum in manu teneatur et radio solis exponatur  
statim calefacit et ignescit: ita ut vir in manu tene-  
ri possit: sicut Iustus. vbi. s. **B**alsamum autem mixtum  
nihil hoc facit. **R**adi solis est virtus spissitudinis que  
in soli vero balsamum. i. virginis anima ita calefacit  
et torum igne divini amoris inflammat: et quodammodo  
in sole auerterit. **C**et iohannes Apocalypsi. xij. describit ipsa  
virgo amicta sole. **R**ecte ergo brilla et christi  
per balsamum designatur: et maxime: quod ipsum balsamum  
significat odorem bone famae. et vanitatis. **E**t ipsa totum mundum sue  
bonae famae odorem repleteuit.

**M**bra vero de myrra. **I**ussilatio. xij.

**S**ecundus est quod tripliciter myrra iumentum  
scilicet myrra prima: electra et probatissima  
et myrra prima et cana: et myrra et amara:  
ritudo icipientium sine penitentia. de  
quodammodo. **C**anum. v. t. c. vanitatis. s. b. vnguentum. de sa-  
van. **M**anum mee distillaverit myrra. **M**yrra  
electra et cana claustralium quod dicunt cum propria  
psalmi. lxxiiij. **E**legi abiecti et in domo dei mei ma-  
gis quod habitare in tabernaculis precorum quorum  
liber recte viuens dicere potest illud Eccl. xxiij.

**Q**uasi myrra electra dedi suavitatem odoris.  
Myrra probatissima est pinta prefectio. quodqueque  
libet dicere propter illud Canum. v. **D**igitum mei plenum se  
myrra probatissima. **I**sti enim solo desiderio ce-  
lestis prece et dei amore affliguntur. **B**rama autem christi  
voluit hanc myrram primam cum penitentia: cum in  
ipsa esset inocentissima. **M**yrra quodcumque electa cum  
claustralibus: cum tamen omnium claustralium esset magna.  
Et myrra probatissima cum perfectis: quia ipsa

fuit super omnes puras creaturas perfectissima.  
et id illi inquit David psalmi. xliij. **M**yrra  
et cassia a vestimentis eius recte. **E**t ipsa brillans  
virgo dicere potest in bono illud puer. viij. **A**spi-  
ciibile meum myrra. **I**psa enim habuit in se  
omnes proprietates myrrae. de quibus tractat Philo  
nus i. xij. li. natu. histo. et Diocles et auto-  
rili. et proprie. re. **I**nter alias autem virutes myrrae  
est reumata et fluxus inordianatos restringere  
digestionem confortare: viscosos humores  
purgare: a putrefactio pinguare: ferocem emun-  
dare: labiorum ulceram curare: cerebrum confortare:  
vermes necare: carnem superflua corrodere: ac  
bonam et sanam conservare. **B**rama autem christi nos

**M**irthe  
proprietates

# Sermo. I.

# Maria myrrha

